



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

XIII. Ratiocinatio. Ab Exemplis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

SACERDOTVM.

Omnes igitur sani homines, non modo fatuitatem in talibus nanis perspicunt, sed etiam Spiritum vertiginosum. Nam cum lex de prohibitione Coniugij inter sacerdotes, non sit à Deo fundata, ideo tam turpiter verbum Dei detorquetur.

Nihil autem prorsus vox Pauli continet, de Coelibatu sacerdotum. Deinde fides prima neq; in hoc loco, neq; vspiam alibi in sacris literis, significat votum coelibatus. Neq; legitur, istas viduas vomisse castitatem. Sed hoc reprehendit Apostolus, quod lasciuiani contra Christum, Item quod fide in Christum abiecta, reuertantur ad iudaismum, infidelium matrimonio sese iungentes, & cura impijs fidem mutantes. Necessè est igitur, Pontificios illustriora sacrae scripturae testimonia proferre, si velini suam legem de prohibitione Coniugij sacerdotum, toti Ecclesiae persuadere.

XIII.

RATIOCINATIO.

AB EXEMPLIS.

Nullum legitur exemplum in Ecclesia Christi, quod sacerdotes duxerint uxores, licet in iusto crescentis Ecclesia coniugati viri sint deleti in Episcopos.

At

Ergo

DE CONIUG.

Ergo sacerdotibus, quia abiurarunt honesta Coniugia, nunquam per omnem vitam concedendum est honestum coniugium.

Respondeo. Est fallacia secundum non causam ut causam. Nam in historia Ecclesiae non solent eiusmodi res omnes describi. Satis autem est in Ecclesia Dei:

Primum, quod habeamus *VS* ipsum, hoc est vocem Dei, obligantem omnes homines ad honestum Coniugium, quibus non est coelitus *DATUM* castitatis vera ac miraculosa *DONUM*. *Math: 19. 1. Corinth: 7.* Ex hoc igitur *DIVINO IVRE*, quod nullus Angelus aut homo infringere debet, de factis iudicium est faciendum.

Deinde habemus factum, quod Episcopi in primitiva Ecclesia aliquot seculis optima conscientia vixerint in Coniugio. Quod & sacerdotes, ac reliquis Clerus honesto coniugio usu sint, Deoq; seruerint. Lex Pontificij fuit ignota. Imo cum Antichristus ea lege, doctrinam Daemoniorum, ut vocat Paulus *1. Timoth. 4.* Præderet, plurimis in regnis, sacerdotes ex *IVRE DIVINO*, quod hætenus aliquoties adscripsimus, sese graviter opposuerunt. Sed vicit tyrannus Antichristi,

SACERDOTVM.

christi, *IVRVE DIVINO* oppresso, ut & do-
ctrinam Christi, verosq; eius cultus oppressit,
& Idola passim in iempla inuexit.

Habemus insuper exempla Orientalis
Ecclesie, qua legem istam pontificum Romano-
rum, tanquam Demoniorum doctrinam. *i. Ti-*
moth: 4. Constantiter reiecit, ac honesta sacerdo-
rum Coniugia retinuit, ac retinet adhuc, sicut
& Calabri & Moschi etiamnum sacerdotum
Coniugia iuentur.

Testatur historia, post mille annos demum,
sacerdotes in Germania coactos esse, ab honestis
Coniugiis sese abdicare, & paulatim fornican-
di licentia, vero timore ac cultu Dei extincto,
sacerdotibus adhibuit. Nam iusto Dei iudicio
Idolatrie, hoc est fornicationi spirituali, adiungi
debit corporalis fornicatio in templo Dei, ut
hoc pacto Nota Antichristi Romani, essent con-
spetiores ac terriores.

XIIII.

RATIOCINATIO.

AB EXEMPLO A- postolorum.

Quicquid fecerunt Apostoli, id sacerdoti-
bus quoq; pontificis faciendum est.

Aa 2

Sed